

Extra articulum necessitas non potest in loco interdicto, aut a persona interdicta Eucharistia recipi. d. 33, s. 1. Exceptis privilegiis, de quibus. *ibid.*
 In extrema necessitate proximi licet excommunicationem vitando Eucharistiam ministrare, et ipsi recipere, aut petere. d. 11, s. 1
 Sacerdos, vel diaconus excommunicatus Eucharistiam dispensans fit irregularis. d. 11, s. 5. Non tamen inferior clericus, aut laicus. *ibid.*
 Tenentur fideles implere præceptum de communicando, etiam tempore interdicti. *ibid.*

EXPOSITUS.

Expositus an sit irregularis. d. 59, s. 4

EXCOMMUNICATIO.

Excommunicationis definitio. d. 8, s. 1. Et quomodo minori excommunicationi conveniat. *ibid.*
 Excommunicatio interdum privationem Eucharistiæ significat. d. 24, s. 1
 Excommunicationis divisio in majorem, et minorem, quæ specie differunt. d. 8, s. 3

EXCOMMUNICATIO MAJOR

Excommunicatio major una secundum speciem. d. 8, s. 2
 Excommunicatio simpliciter dicta sumitur pro majori. d. 3, s. 2 et d. 8, s. 3
 Qui clericum jubet interfici, et ante executionem mandati moritur, non incidit in canonem *Si quis suaevante.* d. 5, s. 1
 Qui clam rem accipit, animo recuperandi rem suam, non ligatur excommunicatione lata contra raptorem talis rei. d. 20, s. 2
 Qui ob impotentiam non solvit debitum intra tempus præscriptum sub excommunicatione, non ligatur illa. d. 20, s. 1
 Si ille, qui damnum leve intulit, non tenetur sub mortali saltem post excommunicationem latam, ad restitutionem, non ligatur censura. d. 20, s. 2
 Non est per se malum, excommunicationem ferre ordinando illam aliquo modo ad finem temporalem. d. 20, s. 1. Unde juste, et valide potest iudex Ecclesiasticus pro his causis excommunicationem ferre. *ibid.*

EXCOMMUNICATIO CONTRACTIO.

Excommunicatio solum ob proprium peccatum contrahi potest. d. 4, s. 1. Major ob mortale. d. 4, s. 4. Minor ob veniale. *ibid.* Cum inobedientia Ecclesiæ. d. 18, s. 3. Unde lata pro veniali est ipso jure nulla. *ibid.* Et qui a culpa mortali excusatur, etiam ab excommunicatione majori est excusatus. *ibid.*
 Non quodlibet peccatum mortale est sufficiens, ut sub excommunicatione prohibeatur. d. 18, s. 4. Pro quocumque tamen de facto lata est valida. d. 23, s. 4
 Alia requiruntur ad valorem sententiæ, alia ad rectitudinem. d. 20, s. 1
 Proxima excommunicationis causa est contumacia contra obedientiam Ecclesiastici præcepti. *ibid.*
 Solum ob mortale ferri potest lex imponens excommunicationem ferendam. d. 18, s. 3.
 Quando excommunicatio nec supponit gravem culpam nec illam inducere valet, simpliciter, et in tali casu non ligat. d. 18, s. 4
 Excommunicatio supponit necessario peccatum mortale, antequam contrahatur, d. 20, s. 1. Non est tamen semper necesse, ut ante sententiam latam sit commissum. *ibid.*

EXCOMMUNICATIONIS FORMA.

In excommunicationis forma tria considerari possunt. d. 18, s. 4
 Quæ forma requiratur in excommunicatione a jure. *ibid.*
 Quid sit de substantia formæ excommunicationis ab homine. *ibid.* Quæ vero accidentaliter forma servanda sit. *ibid.* Particulares formæ expenduntur. *ibid.*

EXCOMMUNICATIONIS MATERIA.

Prohibitio Ecclesiæ sub excommunicatione ipso facto incurrenda non obligat ad mortale, si materia sit levis. d. 20, s. 1 et 2
 Excommunicationis causa efficiens duplex. d. 18, s. 1
 Quæ potestas in illa requiratur. *ibid.*
 Episcopus potestatem habet ordinariam excommunicandi, et non tantum delegatam. *ibid.* Non tamen a divino jure, licet ejus censura ubique liget. *ibid.*
 Parochus excommunicare non potest. d. 6, s. 2

EXCOMMUNICATIONIS SUBJECTUM.

Excommunicatio pro causa temporali ferri potest confuse in personam incertam. d. 20, s. 2. Non vero regulariter in personam certam, nisi causa rationabili interveniente. *ibid.* Factum tamen tenetur. *ibid.*
 Per excommunicationem generatim latam ligantur Episcopi. d. 18, s. 2
 Excommunicationis subjectum est homo viator, vivens in hac vita mortali, adultus, baptizatus, habens in terris superiorem. *ibid.*
 Excommunicatio ferri non potest in communitatem. *ibid.* Non solum ut communitas est, sed neque confuse in omnes personas ejus. *ibid.*

EXCOMMUNICATIONIS EFFECTUS.

Duodecim excommunicationis incommoda recensentur. d. 15, s. 5
 Effectus excommunicationis ut redundat in alios; vide verbo *Communicatio cum excommunicato.*
 Excommunicatus privatus est communibus Ecclesiæ suffragiis. *ibid.* Et quomodo. *ibid.*
 Excommunicatus potest licite uti rebus sacris, quatenus privatæ devotioni inserviant. d. 12, s. 2. Privatur tamen eis, quatenus ad specialem fructum ex Ecclesiæ applicatione percipiendum ordinantur. d. 12, s. 3. Unde uti non potest illis, quæ non habent alium usum, nisi ad indulgentiam, aut Ecclesiæ intercessionem sibi applicandam. *ibid.*
 Excommunicatus sacramentum recipiens peccat mortaliter. d. 9, s. 5. Quantumvis occultus. *ibid.* Potest tamen a culpa excusari, vel ob invincibilem ignorantiam, vel ob urgentem necessitatem. d. 10, s. 2. Nulla tamen pœna Ecclesiastica propter hoc delictum incurritur. d. 10, s. 1. Nisi propter ordinis administrationem, quæ susceptionem includit. d. 10, s. 2
 Quod ministerium prohibitum sit excommunicato in divinis officiis. d. 12, s. 2
 Per excommunicationem directe prohibetur quis, ne Missæ, aut aliis divinis officiis, interesse possit. d. 12, s. 1. d. 12, s. 2. d. 11, s. 1. Sub mortali. d. 12, s. 1. Sed illi nulla pœna est imposita in jure. *ibid.* Neque irregularitas, nisi ipse excommunicatus sit sacerdos, et faciat Missam coram se celebrari. *ibid.* Nec satis est, ut excommunicatus faciat coram alio excommunicato celebrari, ad hanc irregularitatem incurrendam. *ibid.*

EXCOMMUNICATI VITATIO.

Excommunicatus si inducatur a sacerdote, cui est necessarium celebrare, ut sibi ministret, licite potest. d. 12, s. 1
 Excommunicato licet templum ingredi, et ibi privatim orare. d. 12, s. 3
 Corpus ejus, qui excommunicatus mortuus est, non potest ecclesiasticæ sepulturæ tradi. *ibid.* Etiam si signa contritionis dederit, nisi prius absolvatur: si autem sepultum sit, debet exhumari, et procul ab Ecclesia ejici, et locus debet reconciliari. *ibid.* Dum autem corpus hujusmodi sepultum est, non potest alius fidelis ibi sepeliri, aut divina officia in Ecclesia celebrari. d. 12, s. 4. Quid autem si corpus excommunicati ab aliis discerni non possit. *ibid.*
 Corpus excommunicati quam longe a loco sacro debeat sepeliri. *ibid.*
 Excommunicati vitandi corpus privatur omni honore Ecclesiastico, qui in tumulatione fieri solet. *ibid.*
 Excommunicatio qua communicatione privet. d. 8, s. 2
 Excommunicatio privat omni civili communicatione fidelium. d. 15, s. 1. Etiam excommunicatorum. *ibid.* Non tamen infidelium. *ibid.* Quæ prohibitio respectu excommunicati ad omnes extenditur, respectu vero aliorum fidelium tantum ad vitandos. *ibid.* Quæ autem actiones in hac civili communicatione comprehendantur. *ibid.* Quæ prohibitio est sub peccato tantum veniali. d. 15, s. 2. Etiam ex parte excommunicati. *ibid.* Potest autem peccatum hoc triplici ex capite fieri mortale. d. 16, s. 5
 Censuræ effectus quoad beneficia, vide verb. *Beneficium.* Quoad præsentationem, postulationem ad beneficium, etc., vide in propriis verbis.
 Jurisdictio spiritualis interdicta est excommunicato. d. 14, s. 1. Peccat graviter illam exercens. *ibid.* Etiam si non vitandus sit. *ibid.*
 Reliqua vide verbo *Jurisdictio spiritualis.*

EXCOMMUNICATIONIS VIOLATIO, ET EJUS PœNA.

Clericus excommunicatus sacramenta ministrans, aut ministerium sui ordinis solemniter exercens, fit irregularis. d. 12, s. 2, et d. 11, s. 3. *ibid.* Etiam si ministerium sit minoris ordinis. *ibid.* Si autem laicorum more id faciat, nullam penam incurrit. *ibid.* Laicus tamen excommunicatus fecte ministrando non incurrit hanc irregularitatem. d. 11, s. 3. Nec ille, qui facit, ut ligatus censura coram se celebret. *ibid.* Nec ille, qui habet excusationem sufficientem ad peccatum mortale vitandum. *ibid.*
 Qui cum dubio excommunicationis celebrat, peccat. *ibid.* Quando vero fiat irregularis. *ibid.* Quando idem excusetur a culpa gravi celebrans cum dubio speculativo excommunicationis. *ibid.*
 Excommunicatus consecrans per errorem in pane hordeaceo aut Episcopus ordinans fœminam, an incurrit irregularitatem. d. 12, s. 2
 Episcopus, aut Abbas excommunicati exercentes proprios actus suæ consecrationis, fiunt irregulares. *ibid.* Et idem est de presbytero ex concessione Papæ exercente actus, qui jure ordinario ad Episcopalem jurisdictionem pertinent. *ibid.* Secus si ab his exercentur actus puræ jurisdictionis. *ibid.*
 Divina ministeria exercens in Ecclesia interdicta fit irregularis. *ibid.* Excommunicatus vero ubicumque divina exerceat, irregularis manet. *ibid.*
 Clericus excommunicatus in choro cantans cum aliis non fit irregularis, nisi officium hebdomadarii exerceat. *ibid.*

Excommunicatus ab uno Episcopo ubique est vitandus. d. 6, s. 4
 Non tenemur vitare nisi publice denunciatus. d. 9, s. 2. Quanta autem debeat esse notitia denuntiationis. *ibid.* Ipse vero tenetur ab actionibus sibi prohibitis abstinere. *ibid.*
 Manifestus clerici percussor est absque declaratione vitandus. *ibid.* Quis ille sit. *ibid.*
 Qui percussorem clerici viderunt, quo modo teneantur percipientem vitare. *ibid.*
 Ministri Ecclesiæ tenentur in publicis suffragiis excommunicatos etiam non denunciatos vitare. *ibid.*
 An acta ab eo, qui beneficium excommunicatus obtinuit, valeant. d. 12, s. 1
 Excommunicationes Bullæ Cœnæ potius sunt a jure, quam ab homine. d. 13, s. 2. Cessant ipso facto statim ac alia Bulla publicatur. *ibid.* Incurrunt ipso facto. *ibid.* Non multiplicantur propter multiplicationem Bullarum. d. 20, s. 2
 Excommunicatio a legato Papæ lata, si intra annum non auferatur, manet Papæ reservata. d. 22, s. 2
 Nulla est excommunicatio jure lata reservata Episcopo, quæ nunc vim habeat. d. 22, s. 6
 Vide verbo *Absolutio ab excommunicatione.*

EXCOMMUNICATIO MINOR.

Excommunicatio minor prout est in usu Ecclesiæ, una est secundum speciem. d. 8, s. 2, et d. 24, s. 1. Quomodo a peccato mortali differat. *ibid.*
 Potest ferri ab homine, monitione præmissa, d. 24, s. 3; requirit jurisdictionem fori contentiosi, *ibid.* Potest ferri ob contumaciam. *ibid.*
 Privat tantum usu, et participatione sacramentorum, d. 24, s. 2. Sub mortali. *ibid.* Propter hanc vero culpam non incurritur irregularitas. *ibid.* Neque alia pœna ipso jure imposita. *ibid.* Non peccat sacramenta ministrando. *ibid.* Nisi annexam habeat receptionem. *ibid.*
 Ob quam causam excommunicatio hæc incurritur. *ibid.*
 Potest et a jure, et ab homine ferri. d. 24, s. 3
 Excommunicatio hæc ab homine a quo auferri possit, d. 30, s. 1. A quo lata a jure. *ibid.* Quæ forma in ea servanda. d. 24, s. 4

EXECUTOR.

Executor quando possit denunciare censuram nullam, et quando non. d. 3, s. 14. Quando solum injustam propter ordinem non servatum, d. 3, s. 15. Quid de iudice. *ibid.*

EXTREMA UNCTIO.

Non potest tempore interdicti ministrari. d. 33, s. 1 etiam in festivitibus privilegiatis. *ibid.*
 Potest ab excommunicato vitando interdum ministrari. d. 11, s. 4

FALSARIUS.

Falsarius litterarum Apostolicarum excommunicatur in Bulla Cœnæ. d. 21, s. 2. Exponitur. *ibid.*
 Utens falsis litteris Apostolicis non incurrit excommunicationem. *ibid.* Neque impetrans litteras Apostolicas falsa narratione. *ibid.*

FAMULUS.

Servientes quomodo possint cum hero excommunicato communicare. d. 15, s. 5. Quod late ad omnes subjectionis species applicatur. *ibid.*

FILII.

Filiis non prohibetur communicatio cum patre excommunicato, d. 15, s. 4, et de quo filio intelligatur. d. 15, s. 5
Privilegium hoc extenditur ad nepotes, et alios, non vero ad filios spirituales respectu patrinorum, aut baptizantium. *ibid.*
Filius an teneatur credere matri asserenti se esse supposititium. d. 50, s. 4

FORUM.

Triplici titulo potest quis fieri subditus alieno Episcopo in foro contentioso. d. 5, s. 4

GABELLA.

Gabella quid significet, d. 21, s. 2. Pro reliquis, vide verbo *Tributum*.

HERES.

Heres tenetur implere satisfactionem realem, quam defunctus in articulo mortis a censura absolutus promisit. d. 7, s. 1

HERESIS, HERETICUS.

Excommunicatus in excommunicatione per annum persistens, fit de heresi suspectus. d. 17, s. 1
Episcopus, qui ex odio, aut amore malitiose procedit contra aliquem in causa heresis, vel impedit Inquisitores in executione sui officii, suspenditur. d. 33, s. 1
Hæreticus proprie quis dicatur. d. 42, s. 5
Censura lata in receptatores hæreticorum, non comprehendit recipientes illos ut consanguineos, vel amicos, non ut hæreticos. d. 4, s. 3
Hæretici, et apostatæ excommunicantur in Bulla Cœnæ, quod late exponitur. d. 20, s. 2
Licet quis non baptizatus possit esse vere hæreticus, aut apostata a fide, non tamen incurret censuram. *ibid.*
Hæreticus fit irregularis. d. 43, s. 1
Apostatæ a fide fiunt irregulares. *ibid.* Quis autem, et cum qua moderatione possit dispensare. d. 43, s. 2
Hæreticorum fautores et receptatores, irregulares fiunt, *ibid.*, non vero ministrans sacramenta hæretico jam converso. *ibid.*
Suspectus de heresi est irregularis. *ibid.*
Hæreticorum successores per lineam paternam usque ad secundam generationem sunt irregulares. *ibid.*

HERMAPHRODITUS.

Hermaphroditus quando sit incapax characteris Ordinis, quando vero irregularis. d. 51, s. 2

HOMICIDIUM.

Ex homicidio voluntario contrahitur irregularitas, d. 44, s. 1; ad eam est necessaria expressa voluntas occidendi in actu signato, vel exercito, *ibid.*, cum effectu subsequuto. *ibid.*
Irregularitatem hanc præcipue incurrit, qui suis manibus occidit, d. 44, s. 3, etiam non baptizatum, *ibid.*; incurrit etiam mandans alium occidi. *ibid.*, et late exponitur.
Incurrit etiam, qui consulit mortem, *ibid.*, nisi consilium retractet. *ibid.*
Consensus purus in homicidium, quod nullo modo fit nomine consentientis, non inducit irregularitatem. *ibid.*

Neque incurritur per ratihabitionem homicidii jam facti nomine suo. d. 44, s. 3
Incurrit cooperans ad homicidium. *ibid.*
Irregularitas hæc quos habeat effectus. d. 44, s. 4
Irregularitas hæc per solum Summum Pontificem auferri potest, d. 44, s. 4, tollitur difficillime. d. 45, s. 1

CASUALE.

Per casuale homicidium contrahitur irregularitas, d. 45, s. 1, facilius in ea dispensatur. *ibid.*
Multiplex modus est committendi hoc homicidium. *ibid.*
Qui absque peccato consulit minorem vindictam, sequuta morte non fit irregularis. d. 43, s. 5
Cooperatio ad homicidium duplex, proxima et remota. d. 45, s. 3
Qui parat ligna ad comburendum aliquem post mortem, seclusa acceleratione, non est irregularis. d. 45, s. 4
Quando plures ex repentina occasione cum aliquo rixantur, et illum occidunt, omnes sunt irregulares. *ibid.*
Per propriam omissionem obviandi homicidio, quando solum est contra charitatem, non fit quis irregularis, *ibid.* Secus quando intervenit obligatio ex justitia. *ibid.*
Quando sufficiens diligentia adhibetur in opere licito ad vitandum periculum mortis alterius, illa sequuta, non contrahitur irregularitas, d. 45, s. 5, secus si negligentia intercessit, lata, aut levis, *ibid.*, non autem levissima. *ibid.*
Adulter, ob cuius causam adultera a marito occiditur, an sit irregularis. d. 45, s. 6
Per homicidium omnino casuale ex opere illicito non contrahitur irregularitas, nisi in casibus in jure expressis propter periculum occisionis. *ibid.*
Qui aliquem non lethaliter vulnerat, et ille non ex vulnere, sed ex sua intemperantia, aut medici imperitia moritur, non fit irregularis. *ibid.*
Vociferans adversus latronem, qui ea occasione occiditur, an sit irregularis. d. 47, s. 4
Cum mandatarius occiditur, mandans incurrit in homicidium casuale. d. 44, s. 3
Qui alteri consilium dat, ut temere se exponat periculo mortis, ea sequuta, fit irregularis. *ibid.*

HOMICIDIUM IN DEFENSIONEM PROPRIAM.

Qui alium occidit in defensionem propriæ personæ, non fit irregularis, d. 46, s. 1. Quando teneatur quis fugere, *ibid.* Qualis sit irregularitas, quando propter homicidium in defensionem immoderatam contrahitur. *ibid.*
Bona temporalia possunt defendi, cum interitu ejus, qui violenter vult illa rapere, *ibid.*, et per hoc homicidium non incurritur irregularitas. d. 46, s. 2
Propter homicidium in defensione proximi innocentis non incurritur irregularitas, *ibid.*, etiamsi defensio non sit sub obligatione, *ibid.*, modo sit licita. *ibid.*

HOMINIS JUSTA OCCISIO.

Judex ferens sententiam in causa sanguinis fit irregularis, effectu sequuto. d. 47, s. 1
Non incurrit temporalis dominus, qui officium iudicis secularis alteri committit. *ibid.*
Vide verbo *Actor*, num. 2, et verbo *Testis*, n. 6.
Denunciatio in causa sanguinis quomodo fieri possit absque irregularitate. d. 47, s. 3
Assistens in loco supplicii absque justa cooperatione non fit irregularis, d. 47, s. 4, nec qui speculativa docet tali delicto deberi pœnam mortis, d. 47, s. 4

Omnes militantes in bello injusto, si in eo fiant homicidia, vel mutilationes, fiunt irregulares, etiamsi propriis manibus ea non faciant, d. 47, s. 4, non vero si effectus non sequatur. d. 47, s. 1
Militans in bello necessario ad defensionem propriæ personæ, vel patriæ, non fit irregularis. d. 47, s. 6
Militans in bello justo, si propriis manibus non mutilat, non fit irregularis, etiamsi alii occidant, *ibid.*, secus si propriis manibus occidat. *ibid.* Quid de præbente arma ad tale bellum. *ibid.*
Clericus non potest militare in bello justo aggressivo, *ibid.*, si vero in eo militet, et non mutilet, nec occidat, non fit irregularis, *ibid.*; quando possit licite interesse, et exhortari sine culpa, et irregularitate. *ibid.*
In irregularitate ex homicidio perpetrato in bello justo quis possit dispensare. d. 47, s. 7

HORÆ CANONICÆ.

Excommunicatus non potest Horas Canonicas in choro, vel cum socio recitare, d. 12, s. 2, non tamen liberatur onere eas recitandi privatim. *ibid.*
Suspendus non liberatur obligatione recitandi privatim officium canonicum. d. 26, s. 2
Præcepto recitandi Horas Canonicas obligat Ecclesia ad attentionem in illis recitandis, d. 4, s. 2. Unde si censura sit imposita propter ejus omissionem, incurritur, si absque attentione proferantur. *ibid.*

IGNORANTIA.

Variæ ignorantie divisiones traduntur. d. 4, s. 8
Ignorantia invincibilis excusat censuram, *ibid.*, sive juris, sive facti, *ibid.*, licet simul concomitans sit, *ibid.*, non solum habitualis, sed etiam actualis inconsideratio. *ibid.*
Regula ad discernendum quando ignorantia sit invincibilis juris, sumenda est ex diligentia adhibita ad jus sciendum. *ibid.* Quomodo autem judicandum sit, an diligentia adhibita fuerit sufficiens. *ibid.*
Qui Ecclesiasticum præceptum invincibiliter ignorat, etiamsi contra jus divinum, aut naturale agat, non incurrit censuram, *ibid.*, sive præceptum Pontificium sit, sive Episcopale. d. 4, s. 9
Ignorantia invincibilis de tota lege ferente censuram, aut impedimentum justum, excusans ab obligatione ejus, excusat censuram. d. 4, s. 6
Ignorantia vincibilis (affectata omnia) duplici ex capite provenit. d. 4, s. 10
Omni vincibilis ignorantia ad mortale sufficiens, aut est crassa, aut supina. *ibid.*
Ignorantia crassa, aut supina non excusat censuram legis generalibus verbis rem prohibentis. *ibid.*
Qui ex ignorantia affectata transgreditur legem censuram ferentem in temere aut ex præsumptione operantes, etc., non excusat illam. *ibid.*

ILLEGITIMUS.

Filii illegitimi alii naturales, spurii alii. d. 50, s. 3
Filius ejus, qui habet votum solemne castitatis, quando legitimi, quando spurii sint. d. 50, s. 2
Aliqui sunt filii canonice illegitimi, qui naturaliter legitime procreati sunt. *ibid.*
Filius genitus a parentibus, qui in foro externo contraxerunt cum impedimento irritante, non tenetur se gerere ut irregularis, nisi de mala fide parentum ei constet. d. 50, s. 4
Illegitimum irregularitas a quo possit auferri. *ibid.*
Per legitimationem canonicam omnino aufertur hæc irregularitas. d. 50, s. 5

Per religionis professionem aufertur hæc irregularitas ad ordines tantum. d. 34, s. 5
Vitæ probitas per se non tollit illam. *ibid.*

ILLITERATUS.

Illiteratus est irregularis. d. 51, s. 1

IMMUNITAS ECCLESIASTICA.

Immunitas Ecclesiastica quid sit. d. 41, s. 1
Appellantes ad laicam potestatem in causis Ecclesiasticis ad impediendam executionem litterarum Apostolicarum, incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ. d. 11, s. 2
Judices seculares Ecclesiasticam jurisdictionem usurpantes quando, et quomodo excommunicantur in Bulla Cœnæ. *ibid.*
Præcipientes aliquid contra libertatem Ecclesiasticam, excommunicantur. d. 23, s. 4
Facientes statuta, quibus libertati Ecclesiasticæ derogatur, incidunt in Bullam Cœnæ, d. 21, s. 2; quando statutum tale sit. *ibid.*
Impedientes Prælatos Ecclesiasticos, ne sua jurisdictione utantur, excommunicantur. *ibid.*
Imponentes, aut exigentes tributa a personis Ecclesiasticis excommunicantur in Bulla Cœnæ, *ibid.*, et eis auxilium, consilium, aut favorem dantes. *ibid.*
Qui se interponunt in causis capitalibus contra personas Ecclesiasticas, excommunicantur in Bulla Cœnæ. *ibid.*
Violentas manus injicientes in Episcopos et Superiores, incurritur excommunicationem Cœnæ, d. 43, s. 3. Item mandantes, ratum habentes, auxilium, aut consilium, aut favorem ad ea præstantes. *ibid.*
Qui injuria afficiunt ferentem, aut procurantem justam censuram, excommunicantem, et quomodo, late exponitur. d. 23, s. 3
Qui gravant injuste personas Ecclesiasticas, causa electionis, excommunicantur ipso jure, d. 23, s. 3, et idem est de presentatione, institutione, confirmatione et postulatione, si ad clericos, ut tales, spectent. d. 23, s. 4
Qui titulo defensionis de novo occupant bona Ecclesiarum, excommunicationem ipso jure incurrunf. *ibid.*
Laici qui compellunt Prælatos Ecclesiasticos, ut res, aut jura Ecclesiæ laicis submittant, et qui res jam habitas moniti non dimittunt, excommunicationem ipso facto incurrunf. *ibid.*
Episcopi, et inferiores Prælati, qui procurant, ut clerici capiantur a dominis temporalibus, ut beneficia renuncient, vel ut citati ad Apostolicam Sedem, ad ipsam ire non possint, secuto effectu per triennium a perceptione fructuum suarum Ecclesiarum suspenduntur, d. 31, s. 5. Inferiores vero clerici suis beneficiis privantur. d. 31, s. 6
Clericus, qui Ecclesiam, cujus curam habet, alienis debitis gravat, ab administratione rerum temporalium et spiritualium suspenditur. d. 31, s. 3

INCENDIARIUS.

In incendiarium excommunicatio semel lata reservatur Pontifici, d. 22, s. 2. Incendiarius autem dicitur, qui ex certa scientia incendium facit, *ibid.*, etiamsi unum tantum actum incendii committat. *ibid.* Incendiarius vero Ecclesiarum ipso jure excommunicatur; quæ excommunicatio denunciata in particulari reservatur Papæ. *ibid.*

INFAMIA.

- Infamia quid, et quotuplex. d. 48, s. 1
 Aliqua peccata inducunt infamiam canonicam, quæ non inducunt civilem. *ibid.*
 Infamia legalis alia juris, alia facti. *ibid.*
 In infamia juris tria distinguenda. *ibid.*
 Per iudicis sententiam auferitur jus ad famam. *ibid.*
 Effectus legales infamiae per iudicis sententiam inferuntur. *ibid.*
 Sola hominum notitia aut opinio de aliquo delicto non inducit infamiam legalem, nisi supposita lege, inuente illam ipso facto. *ibid.* Et tunc quando incuratur. *ibid.*
 Actus facti ab infami ante sententiam declaratoriam, quales sint, et quomodo ab eis abstinere teneatur. *ibid.*
 Infamia canonica inducit irregularitatem, *ibid.*, propter quod crimen. d. 48, s. 2
 Irregularitas hæc quomodo tollatur. *ibid.*
 Infamia facti tollitur per baptismum. *ibid.* Quid de infamia juris. *ibid.*
 Ex infamia facti, quæ non fundatur in peccato proprio, non sequitur irregularitas, secluso speciali jure. *ibid.*
 Excipiuntur aliqui casus. d. 28, s. 1

INQUISITOR.

- Inquisitores, in officio suo delinquentes, an excommunicatione ipso jure mulcentur, d. 22, s. 4 et d. 23, s. 5
 Domini, Rectores temporales et officiales eorum, qui promotionem officii inquisitionis non adjuvant, excommunicationem ipso facto incurrunt. d. 23, s. 4
 Inquisitores cur non fiant irregulares tradendo reos, etiam clericos, de crimine convictos, brachio seculari. d. 47, s. 1
 Institutio ad beneficium, vide verbo *Beneficii collatio.*

INFIRMARIUS.

- Infirmarius an fiat irregularis accelerando mortem infirmo. d. 48, s. 1

INTERDICTUM.

- Interdictum quid significet. d. 32, s. 1
 Variæ interdicti definitiones. *ibid.* Germana. *ibid.*
 Interdictum aliud totale, partiiale aliud, d. 33, s. 1, aliud a jure, aliud ab homine. *ibid.* Item aliud fertur per modum censuræ, aliud per modum puræ pœnæ. *ibid.* Item aliud locale, aliud personale. d. 32, s. 2
 Interdictum deambulatorium reducitur ad locale. *ibid.*
 Interdictum locale, aliud generale, particulare aliud. *ibid.*
 Interdictum omnium templorum est particulare. *ibid.*
 Interdicto templo interdicuntur loca sacra ei annexa, non e converso. *ibid.*
 Interdicta terra alicujus domini plures habentis, quæ intelligatur interdicta. *ibid.*
 Interdictum parochiæ quando sit particulare vel generale. *ibid.*
 Si tota civitas interdicatur, licet una vel altera parochia excipiat, interdictum est generale. *ibid.*
 Interdictum generale loci habet suum effectum in locis particularibus. *ibid.*
 Interdictum personale, aliud generale, speciale aliud. *ibid.*
 Quomodo inter se differant. *ibid.*
 Collegii interdictum generale est. *ibid.*

Per generale interdictum, interdicuntur singulæ personæ, quæ sunt partes communitatis. d. 32, s. 2
 Interdicto populo generaliter etiam habitantes in suburbis interdicuntur. *ibid.*
 Interdictum generale locale semper infert personale particulare, non e converso. *ibid.*
 Interdictum particulare ferri potest sine generali ejusdem generis, *ibid.*, generale non sine particulari, materialiter non formaliter. *ibid.*

INTERDICTI EFFECTUS.

Interdictum quorum sacramentorum usu privet. d. 33, s. 1
 Per nullum interdictum prohibetur passiva, aut activa administratio baptismi. *ibid.* Solus autem qui interdicto causam dedit, aut specialiter interdictus non potest illud ministrare. *ibid.* Quod eodem modo in confirmatione procedit. *ibid.*
 Chrisma potest confici in Ecclesia interdicta in die Coenæ Domini. *ibid.*
 Pœnitentiæ sacramentum potest tempore interdicti cuicumque ministrari. *ibid.*
 Sola persona specialiter interdicta prohibetur hoc sacramentum ministrare. *ibid.* An vero sacramentum ab illa datum sit validum, vide verbo Irregularitas.
 Ecclesiæ ingressus non est prohibitus interdictis. d. 34, s. 1, et d. 35, s. 4
 Missæ sacrificium tempore interdicti semper fieri potuit semel in hebdomada, d. 34, s. 1, nunc quotidie cum moderatione juris. *ibid.*
 Campanæ quomodo possint eo tempore pulsari. *ibid.*
 A divinis officiis debent excludi excommunicati, et interdicti. *ibid.* Imo etiam tempore interdicti localis omnes laici, *ibid.*, quod limitatur. *ibid.*
 Per omne interdictum personale prohibetur celebratio et ministratio, et assistentia in Missa et divinis officiis. d. 34, s. 2
 Quid si interdictus exire nolit, Missa inchoata. *ibid.*

INTERDICTI CAUSA.

Interdictum potest, et a jure, et ab homine ferri. d. 36, s. 1
 Quis possit locale interdictum ferre. d. 36, s. 2
 Interdicto aliquo loco, si illi adjungatur alius, ut pars ejus, etiam interdicatur. d. 37, s. 1
 Omnis, qui potest excommunicari, potest interdicti. d. 36, s. 2
 Episcopi non comprehenduntur in generali lege, seu sententia interdicti. *ibid.*
 Et particulares personæ, et communitates possunt interdicti. *ibid.*
 Interdictum generale personale ligat etiam personas innocentes. *ibid.* Quomodo autem juste id fieri possit. *ibid.*
 Non ligantur qui rationis usu carent, nec privantur ecclesiastica sepultura. *ibid.*
 Non potest quis a seipso interdicti directe, vel indirecte. *ibid.*
 Quando ob communitatis delictum ipsa interdicatur, omnes de tali civitate, qui illi causam dederunt, specialiter interdicuntur. d. 37, s. 1
 Vide Suspensionis causa finalis. *num. 2*

INTERDICTI CAUSA FINALIS.

Interdictum personale speciale non potest in aliquem ferri, nisi ob propriam culpam proportionatam. d. 36, s. 3
 Interdictum generale personale longe graviorem cul-

pam requirit, non tamen in omnibus qui ligantur. d. 36, s. 3
 Interdictum generale locale requirit causam gravissimam. *ibid.*
 Speciale locale gravem culpam aliquo modo communem requirit. *ibid.*
 Locale, aut generale personale tantum ferri potest ob contumaciam. *ibid.*

INTERDICTI FORMA.

Quid sit de substantiali forma interdicti. d. 36, s. 4
 Interdictum, nisi limitatio in forma exprimat, erit absolutum. *ibid.*
 Quid sit de forma accidentali interdicti. *ibid.*

INTERDICTI MATERIA.

In interdicto speciali loci solum conceditur, ut Missa celebretur ad renovandam Eucharistiam. d. 34, s. 2
 Per interdictum generale loci, quæ divina officia prohibeantur jure antiquo, d. 34, s. 3, quæ jure novo. *ibid.* Et quæ in festivitatibus privilegiatis permittantur. *ibid.*

INTERDICTUM AB INGRESSU ECCLESIE.

Interdictum ab ingressu Ecclesiæ non est species suspensionis, d. 35, s. 4, sed interdicti genus. *ibid.*
 Quis ingressus Ecclesiæ per hoc interdictum prohibeatur. *ibid.*
 Nomine Ecclesiæ quid comprehendatur. *ibid.*
 Non potest sic interdictus existens extra Ecclesiam audire Missas, etc., quæ in Ecclesia dicuntur. *ibid.*
 Judices non servantes formam præscriptam in jure in censuris ferendis, ab ingressu Ecclesiæ per mensem, et divinis officiis suspenduntur. d. 37, s. 1

INTERDICTI VIOLATIO.

Interdicti violatio in materia sacramentorum est peccatum mortale ex genere suo, d. 33, s. 3, etiam in matrimonio, *ibid.*, imo in omni officio divino in personis Ecclesiasticis. d. 34, s. 4
 Clerici violantes interdictum locale in sacramentorum ministerio requirente ordinis ministerium irregulares fiunt, d. 33, s. 3, etiam si non sint denunciati, *ibid.*, etiam propter solemnitate accidentalem. *ibid.* extenditurque ad Episcopos, *ibid.*, si locus sit nominatim interdictus. *ibid.*
 Non interdictus interdicto nominatim sacramentum ministrans, non est irregularis, *ibid.*, sed interdicti ab ingressu Ecclesie. *ibid.*
 Non incurrunt illam qui sic ministranti subserviunt, *ibid.*, neque qui ignoranter, aut ex privilegio ministrant. *ibid.*
 Violantes interdictum locale generale, aut admittentes publice excommunicatos aut interdictos ad sacrificia, sacramenta, et ecclesiasticam sepulturam, ab ingressu Ecclesiæ suspenduntur, d. 37, s. 1, non incurrunt tamen propriam suspensionem. d. 31, s. 1
 Conferens sacramentum contra interdictum sine solemnitate requirente ordinem, non fit irregularis, d. 33, s. 3, nec qui illud recipit, etiam ordinem. *ibid.*
 Variæ pœnæ contra violantes interdicti. *ibid.*
 Clerici violantes interdictum locale exercendo actum proprium sui ordinis, irregulares fiunt, d. 34, s. 4, et aliis pœnis afficiuntur, *ibid.*, quod de violante personale interdictum etiam generale procedit. *ibid.*
 Qui facit celebrari divina in loco interdicto, quas pœnas incurrat. d. 34, s. 4 et d. 34, s. 5
 Clericus non interdictus celebrans coram interdicto personaliter, qua pena puniatur. d. 34, s. 4

Laici violantes interdictum etiam generale denunciatum graviter peccant, d. 34, s. 5, si servetur ab his, in quorum gratiam positum est. *ibid.* Excipitur tamen privilegiatus, et qui ob necessitatem clerico ministrat, *ibid.*, nullam tamen pœnam ob hanc puram transgressionem incurrunt. *ibid.*
 Qui titulo domini temporalis, variis modis faciunt interdictum violari circa Missam, aut divina officia, quomodo excommunicentur, d. 22, s. 4, late exponitur.

Interdictus, aut excommunicatus, qui nominatim admonitus a celebrante, ut exeat ab Ecclesia interdicta dum sacrum fit, si ex præsumptione nolit exire, excommunicationem Papæ reservatam incurrit. d. 22, s. 5
 Clerici, qui præter modum in jure concessum, ordinem in loco interdicto exercent, non incurrunt propriam suspensionem ab irregularitate distinctam. d. 22, s. 2

INTERDICTI OBLIGATIO.

Interdictum particulare personale jure latum statim ligat personam, in quam fertur, non tamen alios ante denuntiationem. d. 37, s. 2
 Interdictum generale personale, ut alios obliget, sufficit quod communitas sit nominatim denunciata, *ibid.*, ut tamen ipsos de communitate liget, satis est, quod sit peccatum publicum. *ibid.* Interdictum vero locale non ligat donec denunciatum sit nominatim. *ibid.*
 In quatuor anni festivitatibus exemptis omnes admitti possunt ad divina tempore interdicti, d. 34, s. 1, late; quod ad alias festivitates extenditur. d. 34, s. 2
 Quando incipiat, et finiatur tempus harum festivitatum. d. 34, s. 3
 Per appellationem interpositam non suspenditur interdictum post latam ejus sententiam, d. 38, s. 3, potest tamen suspendi ab eo, qui illud tulit, *ibid.*, et ab Episcopo, si sit a jure. d. 39, s. 1

INTERDICTI RELAXATIO.

Nullum interdictum fertur, ut perpetuo duret. d. 38, s. 1
 Interdictum pro præterito delicto latum quomodo cesset, *ibid.*, latum autem, ut a contumacia recedatur, illa cessante non aufertur donec absolutio accedat. *ibid.*
 Interdictum loci non tollitur, vel minuitur per loci mutationem, sive physicam, sive moralem. *ibid.* Solum delictum deambulatorium cum persona mutat. *ibid.*
 Interdictum generale personale tollitur dissoluta communitate in quam est latum, *ibid.*, unde qui desinit esse membrum communitatis, desinit ligari interdicto, *ibid.*, nisi causam interdicto dedit. *ibid.* Qui vero de novo fit pars illius communitatis, statim manet ligatus. *ibid.*
 Populus interdictus ob peccatum domini, si desinat esse illius domini, non liberatur interdicto. *ibid.*
 Qui ligatus personali interdicto particulari pœnitens moritur, non liberatur eo ipso ab interdicto, d. 38, s. 2, sed est post mortem absolvendus. *ibid.*
 Interdicti relaxationis effectus qui. *ibid.*
 Interdictum potest relaxare, qui illud tulit, vel superior, *ibid.* Ad particularia applicatur. Et ad interdictum reservatum. *ibid.* Non reservatum generale a quo possit tolli. *ibid.* Interdictum vero personale particulare a quo. *ibid.*
 Quæ sint de substantiali forma hujus relaxationis.